

Enchiridion Sacerdota

le, concinnatum ad salutarem eruditionem Christi-
fidelium ab longe Reuerendo in Christo Patre Do-
mino Ioanne Marre, Condomienſi, Epifcopo. In quo
hæc ſunt capita.

Quæ ſint de Deo, & de Sancta Trinitate credenda.
Symboli Apoſtolicæ explanatio.

Quinq; verborum, ſcilicet quæ ſint credenda, agen-
da, vitanda, timenda, & ſperanda, explicatio.

Orationis Dominicæ declaratio: cum virtutum præ-
cipuarum enucleatione.

De Pœnitentiâ, XVIII. Caputum Libellus, Decalo-
gum Dominicum late elucidans.

Regulæ Morales M. Ioannis Gerſon.

Symboli ſeu Cantici Athanaſiani expoſitio.

Sub Prælo Aſcenſiano.



Plurimum suis meritis obseruando & longe Reuerendo
Condomienſi. Praefuli Domino Ioanni Marre: Iodocus Ba
dius Aſcenſius cum omni obſeruantia Salutem.



LEGI, perlegi, & relegi, idq; non se
mel, cū singulari interioris huius
hois alacritate & pene exultatiōe
tuū (sic enī inscribēdū mihi visū,
nā ipse (q̄ tua est modestia) nomē
nō indidisti) Sacerdotale enchiri
diō, nō sacerdotib⁹ mō, verū omī
bus Christianis semp in manib⁹
immo in p̄cordiis atq; iūctis anī
mi visceribus habendum. In quo
tam graphice, tā cōpēdiōse, tā do
cte, tāq; penitus diuine, ex optimis q̄busq; & laudatissimis
auctoribus collegisti, q̄ sint amāda, credēda, sperāda: Qua ra
tiōe de⁹ optim⁹ maxim⁹ cognoscēdus, obseruādus, amād⁹,
vt nihil supra. Nihil enī p̄termittis, qd̄ ad diuinæ substantiæ
simplicissimę vnitatis, aut p̄sonarū diuinarū admirādę trini
tatis, aut animorū nostrorū, aut articulorū fidei, aut diuinorū
p̄ceptorū cognitionē scitu sit necessariū. Quin adeo oīa tāto
delectu collegisti, vt plane nesciā, qd̄ in istis collectaneis de
mirer primū: sentētiarū ne pōdera, an dicēdi breuiter citra
obscuritatē, felicitatē, an deligēdi q̄ colligeres & diceres iudi
ciū: an demū diuini ingenii tui modestiam & acūmē. Mode
stia qd̄ē, q; sic q̄ collegisti magnorū auctorū noībus p̄munis,
vt nihil tuū esse videat: acūmē autē q; ita oīa styli tēperamē
to & cētura argutissima cōmiscēs, vt tuū vni⁹ opus oīb⁹ cō
probeat. Quocirca statim aptaui p̄c̄la, & in cōpluria imp̄ssi
exēpla: vt q̄ plurimis eorū habēdi facultas fiat. Quā audaciā
(vti soles quę nō iniquo nec penitus incōsulto sūt animo)
in partē accipias bonā rogamus. Vale ecclesiæ catholicæ de
cus & p̄sidiū sane q̄ amplū. Ex chalcographia nostra apud
Parrhisiorū Lutetiā ad Octauū Kalēdas Decēb. MDXIX.

Reuerendí Patris Ioannis Marre Condomien.
Epíscopí in Enchiridíi Sacerdotalis Collectanea
Præfatio.



ECIT DEVS, vt ait Augu-
stínus: creaturam rationalé:
vt summū bonū intelligeret:
intelligendo amaret: amādo
possideret: possidendo frue-
retur eo tanq̄ ultimo sine oē
desiderium implente. Et idē
Augustínus in libro de do-
ctrina Christiana ait. Quia

bon⁹ est deus: sumus: & in quantum sumus: boni su-
mus. Et si q̄ratur ad quid creati sumus: Respondet.
Ad laudandū deū: ad seruiendū ei: & ad fruēdū eo.
In qb⁹ nos p̄ficim⁹: nō ip̄e de⁹. Ipse eñ p̄fectus est:
& sūma bonitate plenus: nec augeri potest nec mi-
nuí. Attestatur hoc propheta regius Psalmo. xv. di-
cēs. Bonorū meorum nō eges. Et ipsa veritas. Lucæ
xvii. Cū feceritis oia q̄ p̄cepta sunt vobis: dicite serui
inutiles sumus: quod debuimus facere: fecimus.

Est quidem admiratione dignum de vita nostra
malafacta enim accaratione obligationis nostræ
ad modum viuendí qui communiter currit: dicere
audacter possumus cum propheta regio. psalm. lii.
Non est qui faciat bonum: non est vsq; ad vnū. Pro
tanto idem Aug. de fide ad Petrum sic ait. Omnia

In huius Enchiridii plane aurei commenda-
tionem lectoré sic affatur Iodocus Badius
Ascensius.

Suscipe Ioannis Marreí dogma probatum
Lector, & heroo pectora dede viro.

Qui superintendens & verus episcopus, vnus
E multis, curam fert gregis egregiam.

Nam credenda illi, speranda, & amanda libello

Hoc monstrat Solis lampade lucidius.

Proinde o sancta tribus, genus o regale, sacerdos:

Hoc tibi præ cunctis fac redimatur opus.

Ex officina eiusdem Ascensii iterum ad Septi-
mum Calendas Septembres, Anni M.D.XX.

Deo gratiæ.

